Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



illis · Sic ⁊ vos ⁊ vinea · Cum sero autem factum esset · dicit dominus
vineae patri suo · Voca operarios ⁊ redde illis mercedem
incipiens a novissimis usque ad primos · Cum venissent
ergo qui circa vndecima hora venerant · acceperunt
singulos denarios · Venientes autem ⁊ primi arbitrati sunt
quod plus essent accepturi · Acceperunt autem ⁊ ipsi sin
gulos denarios · Et accipientes murmurabant adversus
patrem familias dicentes · Hi novissimi una hora fecerunt ·
⁊ pares illos nobis fecisti · qui portavimus pondus diei
et estus · At ille respondens unum eorum dixit · Amice non fa
cio tibi iniuriam · Nonne ex denario convenisti mecum · Tolle
quod tuum est ⁊ vade · Volo autem ⁊ hunc novissimo dare ·
sicut et tibi · Aut non licet mihi quod volo facere · An
oculus tuus nequam est quia ego bonus sum · Sic erunt
novissimi primi ⁊ primi novissimi · Multi enim sunt vocati
pauci vero electi · Dnica in Xe · lcn · e · b · p · Ad Cor

Fratres · Viriliter sustinetis insipientes · cum sitis ipsi
sapientes · Sustinetis enim si quis vos in servitutem re
digit · si quis devorat · si quis accipit · si quis extollitur si
quis vos in faciem cedit · secundum ignobilitatem dico quasi nos
infirmi fuimus · in hac parte · In quo quis audet · in supra
dico · audeo ⁊ ego · Hebrei sunt · ⁊ ego · Israhelite sunt · ⁊ ego ·
Semen abrahe sunt · ⁊ ego · Ministri xpi sunt · ⁊ ego · Ve
rumtamen sapiens dico · plus ego · in laboribus plurimis ·
carceribus habundantius · in plagis super modum in mor
tibus frequenter · A Iudeis quinquies quadragenas
vna minus accepi · Ter virgis cesus sum · semel lapidatus
sum · ter naufragium feci · Nocte ⁊ die in profundo maris fui
tantum in itinere · periculis fluminum · periculis latronum · periculis